



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

IX. Iac. Sadoletvs S.R.E. Cardin. Donato Rullo S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

ornamentis praeditum: ut is re explorata, quam primis literarum
 expectatio liberaret. Qui cum ad me ipse scripserit, tum rursus
 iam Ioannis Bernardi Feliciani (hominis docti, & ut perspicere
 videor, mei quoque studiosi & amantis) literas: ex quibus
 citat lacatus sum, quod in eis luculentum inerat testimonium
 tuae singularis benevolentiae erga me, & item suae. Neque enim
 statim liber tunc una cum literis, sed post aliquot dies, mihi
 idem redditus est. Quem ego, mi suavisime Rulle, ea cum
 gratia accepi, qua solent, qui magnum honorem aliquem
 regnum concupierunt, ad sui desiderij exitum peruenire. Nam
 mihi quidem regnum atque honos literarum sunt: in quibus
 fors, ut non ex illis lucem aut gloriam, sed moderationem animi
 & regulam quandam vitae pacatis traducenda, mihi summa
 putem. Porro autem hunc autorem semper imprimis admiro
 sum, prudentiamque in eo penes singularem cognovi: cum
 tantum legerem, neque verba factis in eo, neque sententiae con-
 sultant: perspiciebam tamen in eius scriptis nescio quid, quod
 mihi extollere super communem usum ceterorum scriptorum
 praesertimque Graecorum videretur: quod nunc tuo in
 Rulle beneficio melius & liquidius diiudicare poterit. Tom-
 enim scriptorem hunc plane penitusque comprehendam, & per-
 scrutabor: ad quod me adiuuabit, quod ita & scriptus, & gra-
 natus liber est, usque & literarum intus, & extra pegnatis
 stratus: ut non solum utilitas, verum etiam voluptas me ad lega-
 dum vehementer sit allectura. In quo video tuam summam dis-
 gentiam, cum summo amore, quem in me habes, certasse. Quo-
 re gratias tibi equidem ago pro tua erga me liberalitate, & haec
 maximas. Sed in quo etiam gratius mihi es facturus, si me diligas
 & si hominem esse me existimas non indignum eius studiis, in quibus
 ambo educati sumus, persuasissimum tibi habebis, numquam
 tui huius officij elapsuram mihi memoriam ex animo: nec modo
 me adductum beneficio, verum etiam imprimis benevolentiam erga
 me tua, curaturum omni studio, ut aliquid aliquando tui in
 amoris & gratissimae voluntatis indicium appareat. Vale. Ex Fe-
 liciano Carpentoracensis diocesis, Idibus Ianij, M. D. XLII.

I X.

IAC. SADOLETYS S. R. E. CARDINAL.
 Donato Rullo S. P. D.

QVINTVS hic agitur mensis, ex quo tempore ego in hanc
 urbem me retuli: non mea sponte quidem neque volunta-
 te huc adductus, sed inuitus, ac dolens Pontificis Max. imperio
 terisq; compulsus, cum mihi in orio studiisq; meis honestissimis

hanc de libentissimè commoranti, hoc sanè iter perincommo-
 dum, & valde contra animi sententiam accidisset. Sed ut primum
 Antonij amig, fuitq; cum quo de meis rebus loqui familiariter,
 & libetè possem: id quod & tua erga me officia meritaq; postula-
 bant, & mei animi grata fidelisq; memoria mihi suggererat: sta-
 tum de te, & de tuo omnifatu percontatus sum. Noli enim puta-
 re, si ille non mihi insidere in animo perpetuam memoriam
 illius liberalitatis tuæ, cum misso ad me transalpis vsque optatif-
 simo libro, non solum consuluisti studijs meis: sed quo tu esse
 erga me animo, qua benevolentia ostendisti. Neq; hoc tantum:
 verum illud etiam perspicue declarasti, singulare quoddam tibi
 esse ingenium, summumq; iudicium in peripiciendis hominum
 voluntatibus & desiderijs: tuaq; liberalitate ad illorù vsum tem-
 porè accommodanda. Cum id mihi, homini etiã tum tibi igno-
 ranti, non destitisti, quo nullum nec tibi in dando convenien-
 tior, nec mihi in capiendo honestius esse potuit. Quæ res fuit ea
 quæ mutare initiũ benevolentia nostræ. Sed ego longius, pro-
 gressus sum. Ex eo enim tempore ita te amare
 cepi, ut nullum inquam studium erga te amicissimi hominis in-
 ventum. Itaq; Romæ ut primum mihi consistere datum est, tu
 mihi hęc occurristi primus, de cuius statu & incolumitate ami-
 cōsolaberer. A quibus cum id quod maximè optabam mihi ef-
 fectus, te scilicet valere in omnem partem, pauloq; antè
 viderem pulcherrimam, hoc est publici Christianorum conven-
 tus speciosi causa Tridentum accessisse: laudavi equidem & ani-
 mam & ingenium tuum, qui nunquam ab ingenuitate tua, & so-
 lida probitate discedas. Etenim videre mihi videor, quàm tu
 in rebus rectum bene restituendarũ: quàm in eiusmodi studio
 voluntate flagrans: ut te angat & sollicitum habeant ea, quæ
 quodam affertur impedimenta. Sed de rebus illis Deus viderit.
 Non viderem optamus, & assidue vota facimus, ut quàm rectissi-
 me agatur: veruntamen quid sperare debeamus, incer-
 tum est. De te ipso autem, id quod ad me nunc pertinet, estq; mei
 in te animi amoris proprium, nonnulla mihi, Donate, incidit
 suspensio, & metus quidem, ne ex animo tuo penitus elapsus sim.
 Quotidienum est: quinque iam menses sunt, fluxitque tantum
 responsus, neq; dum mihi abs te quicquam, ne salus quidem, alio-
 quam habeam literis, tuis verbis nunciata: tantone tibi labor scri-
 bendi nec movendi molestior, quàm mei absentis fuit appellatio
 quondam? Quomodo ergo hoc lues? opinor si & literas mihi mi-
 scri, & doctissimorum hominum contubernaliũ tuorum, A-
 ntonij, Prulli, & M. Antonij Flaminij acta aliqua ad me perferi-
 ret. Nisi forte omnem tuam mentem, cogitationemque rerum
 mearum, illa propè immensa suavisimi huius tui comitatus

voluptas sic obruit, vt despiciere in partem aliam non queat: pro-
fertim, omnium hominum longè & virtute, & comitate, & pro-
dencia præstantissimo, Polo, tuos oculos animumque comple-
te. Quod si est ita, ignosco tibi equidem, neque te amplius in
crimine accersò. Sed in magno meo desiderio retinendi tui, ita
me res tamen plurimum consolatur, quòd intelligo, plus tempore
apud me officij ac diligentie in tuenda amicitia memora-
dere. Quare si me amabis, & ipse ad me scribes, & hæc præter
efficies, vt te internuntio, sodales tui & mei amantissimum esse
cognoscant: & ego illos memores intelligam mei. Quod prohi-
eueniet, si illi mihi salutem ex tuis literis dixerint. Quam ego
illis plurimam à me nunties, vehementer abs te etiam atque et-
iam peto. Vale. Roma; IX. Calend. Octob. M. D. XLV.

X.

I A C O B . S A D O L E T V S S . R . E . C A R D .
Isidoro Clario Abbati S. P. D.

C O M M O D V M emereram ex tertiana febrì, cum tua mihi
allata sunt literæ, datæ XVI. Calend. Augusti Tridenti: ab-
quanto autem serius, quam dierum & itinerum ratio postulabat,
tabellariorum negligentia nobis reddita: quibus in literis facili-
tè & amorem tuum erga me, & memoriam veteris nostræ con-
suetudinis recognoui. Sed quominus ad eas tum celeriter respic-
derim, partim imbecillitas corporis, partim etiam publica hæc
negotia, qua nos hic anxios & sollicitos admodum habent, ali-
quandiu retardarunt. Video enim Isidore, id quod tu quoque in
literis tuis significas, rem communem nostram, hoc est, causam
Christianæ religionis (quid enim est quod magis nostrum esse pos-
sit?) eò deductam esse, vt grauissimorum concursum periculorum
metuere debeamus? spe præsertim concordie penitus subacta,
qua antea sustentabamur. Nam qui antea, cum à nobis & ab Ec-
clesia Catholica grauitè dissentirent, omnia sua tamen concilio
se esse permissuros pollicebantur: nunc posteaquam indicium
conuocatumque concilium est, cum retractent promissionem
suam, plurimamque dent indicia, non solum non commutati præstari
animi sui, verum etiam in prauis opinionibus vehementer per-
tinacis: qua spe possumus niti, vt turbæ hæc, quæ omnia commu-
humanaque permiscuerunt, aliquando pace consensioneque tollan-
tur? Atque vtrinam, quod tu videris cõfidere, mea opera atque in-
dustria aliquid prodesse possit Christianæ Reip. nos hoc diuinitus
violatè perturbataque religionis, vel nostrorum ipsorum sanguine li-
benter redimeremus. Sed cum neque ingenio multum, & autorita-
te nihil possim: quòd tantum mihi tu tribuis, id ego amori tuo
erg.